



3

DISSERTATIO INAUGURALIS
SISTENS

FELICEM UTERI
POST PARTUM INVERSI
REPOSITIONEM,

QUAM

CONSENTIENTE GRATIOSA FACULTATE
MEDICA ARGENTORATENSI

PRO LICENTIA
SUMMOS IN ARTE MEDICA HONORES
ATQUE

PRIVILEGIA DOCTORALIA
RITE OBTINENDI

SOLEMNI ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

FRANCISCUS JOSEPH HUSS
ARMBRUSTER

WOLFACENSIS

EX VALLE KINZINGANA

DIE XXVI. MARTII A. MDCCCLXXVI.

H. L. Q. C.

ARGENTORATI

Ex Officina Universitatis Heitziana.

DISSEPT. 1. 15. INUNDATIIS
PRAEVA
LITERA
FOGATUM
SUSCIP
CONVENTU
BREVISSIMA LECTU
TATE

*Qui fructuosa, non qui multa scit,
sapit.*

ÆSCHYLUS.

A

SON ALTESSE SÉRÉNISIME
MONSIEUR
LE PRINCE
JOSEPH WENZEL
PRINCE DU ST. EMPIRE
PRINCE DE FURSTENBERG
LANDGRAVE DE BAAR ET STUHLINGEN
COMTE DE HEILIGENBERG ET WERDENBERG
BARON DE GUNDELINGEN
SEIGNEUR DE HAUSEN DANS LA VALLE'E
DE KINZINGUE MOESKIRCH HOHENHOWEN
WILDENSTEIN WALDSPERG
WEITRA ET SPURGLITZ
&c. &c. &c.
DIRECTEUR DE LA CHAMBRE DES COMTES
DE SUABE
MARECHAL GENERAL DES ARME'ES DE LL. MM.
IMPERIALE ROYALE
ET
COLONEL D'UN RT. IMPERIAL D'INFANTRIE.

COLONIE DU MARECHAL D'INGENIEUR
IMPRIANTE ROYALE
MARCHEAL DES ARMEES DE LA REINE
HARIGEAT GARDIENNE DES ARMEES DE LA REINE
DE SAVOIE
DIRECTEUR DE LA CHAMBRE DES COMPTES
MILITIA DE STUTTGART
VILLE DE GE
SIEGE DE LA HAUSSE D'UNIS ET VACUITE
CONTINUITATE DE LA CHAMBRE DES COMPTES
L'EMPEREUR A HENRI
PRINCE DE FRANCIA
LE RUE
DU MARECHAL D'INGENIEUR

MONSEIGNEUR!



heureux ceux qui ont le bonheur de vivre sous les loix d'un Prince, qui, non content de récompenser le mérite connu, daigne encore favoriser celui qui n'est qu'en espérance, & qui n'ayant attendu qu'un regard de complaisance pour éclore & se développer, ne voyant dans l'aplaudissement à ses premiers efforts qu'un motif d'encouragement, ose concevoir l'espérance de se rendre digne un jour de ces grâces anticipées. Heureux donc celui qui osa former le désir de voir le Nom de VOTRE ALTESSE SERENISSIME illustrer les premiers fruits de ses études académiques, & qui eut le bonheur de les voir agréés.

Bien des esprits timides & condamnés à la lassitude de l'abandon se sont rebutés dès les premiers

MONTAGNE
pas, parce que rien ne n'enflammait leur énergie ;
que leur manquait-il ? l'encouragement & la fa-
veur, c'est la fleur qui pour s'épanouir n'attendait
que le soleil.

La vérité, que le préjugé retenait captive dans
de barbares entraves, a vue tomber ses fers, dès
qu'elle a pu s'approcher des trônes ; partant de lieux
plus élevés ses rayons ont éclairé plus d'espace, &
les nations ont jouï de l'éclat plus repandu, plus uni-
versellement utile des arts & des sciences, dont le
flambeau salutaire les a guidées sur la route de la
sagesse & du bonheur.

L'envie indiscrete & chagrine a souvent osé jet-
ter le ridicule & le blame sur la faveur, sur ceux
qui en jouissent, sur ceux qui l'accordent, sans refle-
chir sur l'importance & l'utilité réelle dont elle peut

*être pour tous les hommes, surtout dans la carrière
où je me suis engagé.*

*L'étude de la Médecine déjà si intéressante pour
l'homme curieux par la variété des objets qu'elle em-
brasse, & plus intéressante encore pour l'homme sen-
sible par les secours sans cesse renouvelés que l'hu-
manité en retire, reclame cette faveur si précieuse,
tant pour assurer le loisir aux spéculations du cabi-
net, que le crédit aux travaux de la pratique.*

*Ces premiers essais portent à Vos pieds le tribut
d'amour & de vénération que Vous doivent tous
ceux qui comme moi ont eu le bonheur de connoître
& d'approcher VOTRE ALTESSE SERENISSIME;
& quelle que soit leur faiblesse, ils entretiendront
toujours le souvenir de la bonté avec laquelle Vous
daignâtes les recevoir, la reconnaissance que j'en ai,*

Et le désir de me rendre toujours plus digne de Votre
haute protection, en redoublant d'efforts pour être
utile à ma patrie.

Le plus profond respect & un entier dévouement
caractériseront toujours

MONSIEUR
DE VOTRE ALTESSE SERENISSIME

le très-humble, très-obéissant & très-soumis
Serviteur & Sujet

FRANÇ. JOSEPH ARMBRUSTER, Auteur.



PRÆFAMEN.

Sisto Tibi, L. B. Historiam prolixam quidem ast exactam prolapsus uterini, qui puerperis proprius est; inversionem vocant uteri, quam conscriptam teneo ab *Experientissimo Viro ac Domino SIEBOLD*, Professore Anatomie & Chirurgiae inclytae Universitatis Heribopolensis, Patrono ac Praeceptore opimo, cuius in docendo gravitatem & solertiam, in medendo dexteritatem ultra duos annos praesens admiratus sum. Non adeo rara est hujus inversionis observatio, raro autem faustum fortitam esse extum omnes fere consentiunt Artis Obstetriciae Auctores. Non incongruum proinde duxi, ut legibus Academicis satisfaciam, pro Dissertationis Inauguralis themate quasdam huic observationi Epicrifeos loco adjungere animadversiones, quas quidem nequaquam ex omni numero absolutas esse lubens factor, multique forte eas non satis ample diductas

B

esse affirmabunt. Ast nolui plurimarum fere Differ-
tationum vitium incurrere, ubi per multos circui-
tus & fastidiosas digressiones multa sed saepius dicta
dicuntur, bene gnarus veritateim non ubertatem a
Medico desiderari. Nolui præterea multa subtilique
theoria suberbire, tenens illam Veterum senten-
tiā: Nisi utile est, quod facimus, stulta est gloria.

HISTORIA MORBI

ab Illustri Viro Dn. SIEBOLD communicata.

*Anno 1768. die 18. Julii Chirurgus quidam in Oppido,
duabus ab Herbipoli leucis diffito, degens artemque
suam ibidem exercens me accedebat, ut ipsum consilio au-
xilioque in desperato cuiusdam puerperæ statu adjuvarem,
quem sequentibus verbis mihi depinxit:*

*Mulier rustica, XXVI. annorum, robustæ & sanguineæ
constitutionis, florida faciei, & obesa, hoc mane, postquam
per totum besterne diei noctisque elapse decursum multos &
efficaces ad partum dolores fuerat passa, sanum in lecto supine
decumbens peperit filium; quo naturali partu excluso obt-
stetrix mox plena manu in uteri cavum introducta pla-
centam frustilatim extraxit, tria enim in vase quodam
terreo hujus masse tam insignia animadverti frusta, ut
integrā nunc illam utero extractam esse nullum dubium
sit. Tantam autem puerpera fuit passa haemorrhagiam, ut
sanguis per culcas plumbeas & strumentias fulcrumque
lecti ad cubiculi fundum usque penetraret. Ex pudenda
aspera, inequabilità superficie, spongioso-carnosa propendet*

massa, quam obstetrica partem placenta utero adjunctam
 & remansam credens digitis ac unguibus separare, & vi-
 avellere fuit conata, sed cum in cassum eo allaborasset, se-
 fuisse accersitum & ab obstetrica ipsam exicitatum, ut
 vel tumorem hunc, quem praternaturalem credebat, vi-
 extraheret, aut arte sua separaret, sed neutrum se ten-
 tare voluisse, cum propriam hujus tumoris indolem non
 cognoscere, nec unquam in sua praxi similem sibi occur-
 risse apud puerperas tumoris observationem posset recordari.
 Ille tamen praternaturalem quandam esse excrescentiam
 firmiter sibi persuasus marito cognatisque auctor fuit, ut
 Heribaldi in tam ancipite & gravi statu efficacius quare-
 rent remedium; quare ipsem marito cognatisque iubenti-
 bus me accessit opem meam implorans.

His auditis singulisque relationis circumstantiis mecum
 rite perpensis, hunc tumorem e pudendis propendentem ni-
 bil aliud nisi inversum uterum esse sentiebam, quamvis
 etiam polypoſe aut vaseine aut orificio uteri non adeo raro
 affixa excrecentia, aliaque partes genitales mulierum
 obſidentia, & cum inverso utero analoga mala menti ſeſe
 offerrent. Chirurgo mali tam extraordinariorum naturam &
 originem perspiciendi cupidо explanare conabat, superficiem
 nimirum tumoris asperam & inaequabilem, globulis san-
 guineis coagulatis hinc inde repletam mihi videri eſſe par-
 tem illam internę uteri superficie, cui placenta cotyledo-
 nibus suis erat adjuncta, cumque hac iisdem ac placenta
 asperitatibus gaudeat, hinc obstetrica eam digitis ac ungu-
 ibus compressit, ad ſe traxit, & ita ad ſe trahendo extra-
 cit. Ut rem Chirurgo captiu difficilem & adhuc obscuram
 redderem clariorem, ipſi tabellam septimam de utero gra-

vido B. S. Albini in Museo parieti affioccam ostendebam; in illa enim utsi interna superficies cum parte, cui placenta adhaeret, ob inflata tam venosa quam arteriosa vasa & eorum foramina aspera naturali quasi, & miro sane representantur spectaculo, attente tabellam hanc aspiciens meamque desuper ipsi datam explanationem auscultans mecum de inversione uteri incipiebat esse persuasus, rogans ut statim cum eo agrotam inviserem, & inversi visceris, si illa adhuc in vivis esset, repositionem tentarem, id quod omnibus munitus requisitis nullatenus ab morae periculum recusabam, sed advolabam ad illam male comitus.

Intrans in cubiculum, quod 18 post partum horis erat, pueroram in desperato fere deprehendebam statu, facies erat pallida, lingua albescens, humida, pra debilitate vix palpebras elevare & linguam movere poterat, continuus erat ipsi vomendi conatus, speciatim cum corpus minime moveret, ructus frequenter edebat, pulsus erat regularis quidem, sed celer & debilis, animi deliquia per repetitas vices eam corripiabant, sanguinis magnam in fundo cubiculi sub lecto cernebam copiam, regio hypogastrica vacua & excavata quasi erat, ut raro in pueris solet. Tumor portio e pudendis propendens ovo anserino magnitudine erat similis, labia majora non tumefacta sed naturaliter mollia versus vaginam tamen inversa erant. Digitis oleo tepido unctis indice, medio & pollice manus dextra tumorem exploravi, inaequabilem & asperum a facie anteriori alias rotundum & inferius pelvis diametrum explentem inveniebam; profundius & curiosius in mali subdubitate indolem inquirens annulum quemdam, qui orificium uteri ipsius erat, quod corpus inversum exclusit, et salte

satis perfecte tamen distinguebam, multum muci & sanguinis coagulati inter vaginam & uterum inversum reperibam; observabam quoque ex puerperæ querelis anteriorem & inaequabilem uteri partem post digitorum applicationem esse valde dolorificam, itaque subinflammata.

Morbi natura mihi nunc certo perspecta adstantibus in uteri inversione consistere, nec aliud nisi repositionem superesse remedium significabam, quam sequenti encheirisi instituebam:

Oleo olivarum tepido manum dextram inunxi, digitis medio, indice & pollice in coni formam junctis crassam uteri substantiam propendentem successivis & lenioribus quidem pressionibus invertere & ad statum suum naturalem reducere conabar, sed nullus leniores meos conatus sequi volebat effectus; vix enim credi potest, quantum laboris, temporis & patientie constiterit primo vestigio sive cavo in ordine ad repositionem perfectam tam necessario formando; obstabat enim omni qua potuit vi & pertinacia insignis visceris spissitudo & coriacea sere ejus tenacitas sanguinis stagnatione multum, ut opinor, aucta. Cum nunc ob has difficultates in situ supino nullum reductionis sperare possem successum, e contra omnem eludi operam meam sentirem, sium permutavi, & talem ipsi curavi, qualem, si factum in partu praeternaturali aut difficiili pedibus aut instrumentis extrahere necesse est, obstetricantes adhibere solent, hocque in situ musculos abdominales, & sub illis proëminentem inversum uterum sinistra manu insigni satis vi eo tempore premebam, quo dextra manu digitis quatuor primis in apicem conicum quasi mutatis faciem uteri inversam introponere & revertere conabar, ita ut intra

duarum horarum spatium tandem coriacea maxime resi-
stens & fortius ideo pressa uteri facies nostro labore cesserit,
& eodem modo ut pilei fundus inversus ex convexo pressione
sit concavus, superficies convexa facta fuerit concava,
manusque plena in cavo uteri, ut in bursa membranacea,
contineretur. Uterum se supra dorsum introducta manus
sponte contrahere eamque circumplecti, sanguinemque re-
centem & calidum per vaginam copiose effluere percipi-
ebam, manum ex cavo uteri & ex vagina extrahens
multum quoque sanguinis coagulati peracta operatione ex-
trahebam. Hæc nunc descripta operatio non tantum longa
& difficilis, sed & puerperæ tam valde dolorifica fuit,
ut inflammatio, suppuratio, aut adeo gangrena merito
metuenda fuerit; ast remediis analectis ut & cordialibus,
debita dieta pro statu jam descripto congrua, fotibus anti-
septicis & parum emollientibus, natibus & cruribus ali-
quantulum elevatis tantum efficiebat, ut intra sex cir-
citer hebdomadum tempus ad perfectam fuerit perducta sa-
nitatis sue restitutionem, & hoc die, quo hac scribo, sana
& lata vivit, duabus etiam bucusque prolibus beata.

§. I.

Quod sub Inversionis Uterinæ nomine ea apud
Auctores Uteri conditio veniat, qua fundus ipsius
per orificium eo tempore, quo partus exclusio fuit
absoluta, quam maxime dilatatum descendit, ita
ut interior Uteri superficies exterior evadat, super-
flua erit annotatio, quodque ea de qua loquimur
Uteri inversio completa fuerit, non necesse est ut
obseruem, cum ex ipsa descriptione pateat, fun-

dum inversum extra Vaginam ita hæfisse ut non solum digitis tangi sed & ipsis oculis conspicere potuerit. Causas inde potius, quæ huic malo originem suam præbent, rememur, quas ut penitus cognoscamus, ex Anatome sedem nexusque Uteri in memoriam revocemus.

§. II.

Hæret uterus in Pelvis cavitate ita, ut in statu naturali Ossis sacri promontorium non superescandat, & ne, id quod maxime graviditatis tempore contingere potest, ubi Uterus variis ex caulis, quas hic recensere nimis prolixum esset, a linea ad Pelvis axin perpendiculari facile declinat, in Pelvi vagetur, & nimis ab ejus axi aberret, in æquilibrio quodam servatur ligamentorum auxilio. A posterioribus eum retinacula, quæ nil nisi ipsa Peritonei duplicatura existunt, Intestino recto alligant, a lateribus Ligamenta vulgo Lata dicta, quæ & ipsa a Peritonæo profiscuntur, hoc viscus Pelvis parietibus firmiter adnectunt; ab anterioribus firmatur Ligamentis rotundis ex Uteri fundo descendenteribus, quæ in Inguinibus tandem atque Pubis pinguedine terminantur; ab inferioribus ipsius collum Vagina amplectitur. Sic firmis undique Uterus adhæret nexibus. Hæc vero Ligamenta non impediunt, quominus Uteri fundus liber maneat sive que juris & per omne illud, quo gravidus est, temporis spatium expandatur ad Umbilicum usque, variisque loci mutationibus subjiciatur.

§. III.

Ex dictis nunc intelliges, quo maxime tempore, quaque ratione Uterina Inversio locum habeat. Durante nempe graviditate cum ingrediente foetu Uterus volumine increscit, distenduntur quam maxime ipsius, quibus firmatur, Ligamenta; ultimis gestationis mensibus proprio pondere descendit, tenditque versus vaginæ orificium, ingruentibus constrictiōnibus fundi Uteri foetus versus idem orificium impellitur; necesse itaque est, ut illud magis magisque dilatetur & ad partus negotium præparetur. His doloribus continuantibus vehementioribusque factis, ut foetus cum sua placenta excludi queat, Uterus sese constringens magis descendit, & rugosæ alias Vaginæ longitudo ita imminuitur, ut ruptis membranis ostioque Uterino satis dilatato ipsius, Uterique orificia communem quasi canalem pro foetus transitu facilitando constituant.

§. IV.

Cum nunc fundus Uteri dicta ratione ad inversionem dispositi sub ultimis ad partum doloribus ita valide se constringat, ut simul cum placenta post foetum exclusum per Uterinum orificium admodum dilatatum apertumque descendat; aut si, uti ex nostro casu videmus, imperita Obstetrix Funiculum vel Placentam fundo Uteri firmiter adhaerentem fortius vellendo extrahit, neque altera manu

manu Uterum sustinet, fundus huic vi cedit, atque
resistentiam quam collum & latera Uteri ab suam
cum adjacentibus partibus cohærentiam opponunt,
superat, & marsupii instar inversus cum secundinis
extra pūdenda protrahitur. Præter Uteri inversio-
nem plura alia mala violentam ejusmodi extraçtio-
nem placentæ insequuntur observations indubitatæ do-
cuerunt. Mox enim Hæmorrhagiam lethalem,
Inflammationem uteri, omnesque qui eam conco-
mitari solent, infaustos effectus, suppurationem
nempe, Gangrænam, Ulcera ipsamque mortem
post se traxit; mox chronica vitia, nimiam San-
guinis menstrui profusionem, Mala hysterica, Par-
tus præmaturos progenuit, ut plures ex placentæ
quam infantis extraçtione mori jure dixerit Cel.
PLENCKIUS a). His causis commoti recentissimi
artis obstetriciæ Magistri omnes, inter quos vel
Illustr. STEIN b), EHRHARD c), &c. nominasse suf-
ficiat, hanc operationem tanquam rem absurdam,
ipsique rationi contraria rejeciunt, & Placentam
nullo tempore, nisi præsentissimum immineat pe-
riculum, aut aliæ circumstantiæ id exigant, vi ex-
trahi, sed ipsius expulsionem solis Naturæ viribus
relinqui recte volunt; cum ipsa experientia docue-
rit, quam parum periculi cum relicta in Utero Pla-
centa conjunctum sit, quamque sollicite Natura

C

a) Anfangsgründe der Geburtshilfe. pag. 357.

b) Theoretische Anleitung zur Geburtshilfe. pag. 150.

c) Sammlung von Beobachtungen zur Hebammenkunst. pag. 251.

Siehe auch Plenk. l. c.

propriæ saluti nunquam non intenta massam humano corpori alienam expellat. Plura exempla adnotarunt Auctores *d)*, in quibus Placentam secundo, tertio, quarto aut decimo quinto die post fœtum expulsum sponte sua e corpore secessisse viderunt. Interim negare non possumus, spontaneam Placentæ separationem non semper ex voto sacerdere; ast tunc frictionibus in abdomen institutis, fomentis applicatis, educatione sanguinis e Funiculo umbilicali non ligato, reliquisque remediis Antiphlogisticis tam externis quam internis, partim obstacula, quæ hanc Naturæ actionem impediunt, removeantur, partim Uteri inflammatio præcaveatur. Nec pavorem incutiant exempla quæ ab Auctoribus proferuntur, earum, quæ ex relicta Placenta mortuæ sunt; nam si penitus in hujus mortis causas inquirimus, eas invenimus aut in diæta calida puerperæ, aut in Inflammatione Uteri valida extractione irritati suborta, aut ex alio quoconque vel a puerpera vel ab Obstetricante commisso vitio; quin & observavit PLENIUS *e)*, inflammationem frequentissime in orificio tantum & collo Uteri adeoque minime ex relicta in Utero Placenta subortam, sedem suam fixisse. Nec Placentæ extractionem maturet metus, ne Uteri orificium sese claudat, cum experientia docuerit, quod secundo tertiove post partum die adhuc satis apertum sit ad Placentam manu, in Uteri cavitatem intromissa, extrahendam.

d) Conf. Ehrhardt, Pleck ic. II. cc.

e) Anfangsgründe der Geburtshülse. I. c.

§. V.

Sæpiissime contigit, quod Uterus violenta vi ex pelvi protractus, inversaque facie egressus ab imperita Obstetricie aut minus hujus artis gnaro pro Mola aliove quocunque tumore habitus fuerit, ut id vel in nostro casu contigit. Sed facilis est hujus inversi Uteri a reliquis dictis tumoribus distinctio; tumoris enim, qui quam primum partus exclusus fuit, cum Placenta aut absque illa provenit, magni atque pyri figuram referentis maxima circumferentia, quæ undique digitum admittit, circa Vaginæ orificium offenditur, atque pediculo gaudet, qui per idem orificium versus Pelvis cavum ascendens istud ita occludit, ut plane evanescat, atque circulo tantum mucilaginoso albicante obductum videatur. Præterea spongiosa, rugosâ admodumque sensibili substantia præditus est, quæ hinc inde nigras maculas ostendit, & si Placenta separatur, observa Uteri aperta, quæ RUVSCHIUS^{f)} egregie delineavit, tanta exsurgit hæmorrhagia, ut BLASIUS^{g)} in muliere ex Uteri inversione demortua vasa omnia sanguine ita destituta deprehenderit, ut etiam quocunque loco cultro anatomico aperta nil ejus funderent, subsidentibus in totum tunicis. Imo hanc Hæmorrhagiam mortem excipere, si tumor hic instrumento scindente lœditur, videmus

C 2

f) Centur. Observ. Anatomico-Chirurg. Obs. X, fig. XII.
g) Observ. Medic. Part. III. Obs. 2.

ex illo exemplo, quod nobis refert RUY SCHIUS ^{b)}
de uxore cuiusdam lanionis, cui cum Placenta in-
versus secutus est Uterus, quem repositionis loco
Medicaster ignarus perscrutandi causa, cuius indo-
lis esset, cultelli cuspidē tetigit, unde tanta Hæ-
morrhagia temerarium hoc perscrutinium subsecuta
est, ut vitæ fine imposuerit. Idem puerperæ
nostræ accidere potuissest, si Obstetrix aut accersitus
Chirurgus loco compressionum ac contusionum,
quas digitis vel in universam partem exercuit, te-
meraria manu cultellum admovuissest. Ex eodem
exemplo perspicimus quoque, incisiones ob Hæmor-
rhagiam læthalem sèpius timendam, plus contu-
sionibus nocere; cum tamen hisce Inflammationem
& Gangrènam multoties causari negandum non sit.

§. VI.

Ad Prognosin jam devolvimur, & symptomata
hoc malum concomitantia, quæ si Anteriorum mo-
numenta evolvimus, gravissima describuntur. Æ-
grota multum sanguinis perdit, dolores sentit acu-
tissimos præprimis in regione Lumbari, & circa
Uterum inversum, insequitur Ischuria, Alvi con-
stipatio, Lochia supprimuntur, durus celerque eva-
dit Pulsus, Præcordiorum adeat anxietas, Matrix
inflammatur, Inflammatio brevi temporis spatio
ita increvit, ut exinde Gangræna exoriatur &
sphacelus, quæ mala excipiunt Spasmi, Animi

^{a)} I. c, Obs. XXVI.

deliquia; tandemque, omnibus prostratis viribus, ægrota vitam cum morte commutat. Hunc esse inversionis Uteri exitum probant exempla à Cl. Viris prolata. STALPART VAN DER WIEL ⁱ⁾ casum refert, ubi Obstetrix ex ignorantia e corpore Utérum instar inversæ manicæ eduxit, ita ut interiora Uteri redditæ fuerint exteriora, & ipse Utérum caput infantis minoris magnitudine æquantem inter femina propendere viderit, & dimidiam post horam a partu pueraram discessisse. BARTHOLINUS ^{l)} nobilis cuiusdam feminæ meminit, e cuius corpore post partum Utérus una cum Secundis fuerit extractus, unde illico animam efflavit. PETRUS DE MARCHETTIS ^{m)} quoque tradit, Obstetricem quamdam, cum non ita cito sequerentur Secundinæ atque Utérum non nihil laxatum sentiret, hunc illarum loco vi attraxisse, & extra Pudendum præcipitasse, non sine maximo puerperæ dolore, quorum causa incidit in Lipothymiam, Utéro mox valde inflammato, quæ Inflammatio in Gangrénam & mortem puerperæ migravit. Tandem testatur RUVSCHIUS ⁿ⁾ afféctum hunc, nisi illico profligetur, mortem statim subsequi; memini, ait, me bis una septimana hoc vidisse, nec nisi absque ulla mora open ferret Obstetrix, ullam præter uxorem cuiusdam Ebrai evasisse.

C 3

i) vid. Olsero. rariores Med. Anat. Chirurg. Cent. I. Observ. LXVII. p. 29.

l) Histor. Anat. rar. Cent. II. Histor. XCII. p. 303.

m) Olser. Med. Chirurg. rar. Sylloge. Obs. 61. p. 118.

n) Olsero. Anat. Chirurg. Obs. X. & IV. Anat. de Musc. infundo Uteri. pag. 18.

§. VII.

An non nimium desiderare videtur Celeberr.
 Auctor, si postulat, absque ulla mora auxilium
 ferri, nisi morti immolanda sit puerpera, cum jam
 pateat ex nostræ observationis historia, repositio-
 nem optimo cum successu fuisse institutam non ob-
 stante, quod post octodecim horarum moram ab
 inversione illa suscepta fuerit? Non semper mortem
 tam promptum Uterinæ inversionis pedissequum esse
 docent obseruationes Clar. CAMPARDONI ^{o)}, senio-
 ris Chirurgi ordinarii Civitatis Masseubiensis, &
 Cel. HENKELII ^{p)} Berolinensis in Medicina & Chi-
 rurgia Practici. Prior Uteri inversi Gangræna jam
 infecti observavit repositionem, quam cum ipse
 propter Gangrænam, tensionem & duritiem tan-
 quam invincibilia impedimenta & propter necessi-
 tatem alii puerperæ assistendi, denegabat, intrepida
 & audax Obstetrix tam felici successu suscepserat,
 ut Gangræna, Suppuratione injectionibus congruis
 promota, separata, ipsa mulier iterum quatuor fe-
 lices partus ediderit. In casu, quem Clar. HEN-
 KELIUS tradit, puerpera per octiduum Uteri inver-
 sione laborabat, antequam vita fuerit defuncta.

§. VIII.

Cur autem aliæ Uteri inversiones tam subito
 lethales existant, aliæ e contra per longum tempus,

^{o)} Journal de Medecine, Chirurg. & Pharmac. &c. T. IX. p. 436.
^{p)} Nov. Act. Phys. Med. Acad. Nat. C. Tom. III. Obs. XI.

Gangræna licet infectæ, mortem non inferant, & repositione facta adhuc curam admittant, utpote in nostro, & in illo, quem CAMPARDON citavit, casu innotescit, diverso videtur attribuendum esse. Uteri post partum statui: prior status ille est, in quo expulso foetu Uterus, qui robore suo naturali præditus est, se continuo magis magisque contrahere & ad pristinam suam molem redire tendit; alter autem ille est, in quo nimia laxitate laborat, atque bursæ vacuæ ad instar in abdomine hæret, arteriis & venis, quæ in primo statu clausæ & contractæ sunt, adhuc apertis, ita ut effluxus Sanguinis nullatenus aut parum tantum impediatur, sed qua data porta ex vasorum orificiis ad mortem usque erumpere pergit. Quare nunc hoc in statu Uteri inversio secundum citata a quibusdam Auctoriis exempla intra tam breve temporis spatium lethalis sit, facile videre est. E contrario iterum patet, cur in altero statu aut lentius moriantur puerperæ, aut etiam repositione vel pluribus post inversionem horis instituta salventur; hinc ii, qui Uterum nimia laxitate laborare perspiciunt, jure meritoque citissimam, si fit inversus, exigunt repositionem, & mortem præfigire possunt, si hic affectus non illico profligetur; periculum enim ob Hæmorrhagiam in mora est. Sicuti in illo casu, ubi Placenta Uteri collo accreta est, sanguis copiosus, antequam Uterus se contrahat, erumpit & subito, nisi intrepida & experta manu membranæ rumpantur, fœtusque extrahatur, puerpera eodem.

modo trucidatur. Cel. HENCKELII casus , noster , aliique supra citati satis ostendunt, in statu contractionis uteri inversi ob diametros & orificia vasorum magis et si non perfecte clausa lethalem non esse timendam Hæmorrhagiam , hinc posse repositionem etiam per aliquos dies differri.

§. IX.

Quodnam auxiliū genus huic malo adhibendum sit, ex dictis jam patet ; nec dubitamus, quemlibet absque negotio perspicere , quod unica indicatio circa id versetur, ut Uterus, qui inversus prodit, in naturalem reponatur situm , & superficie interna Uteri æquali undique redditā partes nimis relaxatae roborentur. Ad operationem autem nos ita accingimus: quam primum post partum Uterus inversus prodiit, puerpera ita lecto componatur, ut capite declivi, dorso elevato retractisque ad nates calcibus jaceat ; tunc inverso viscere successivis vicibus cuate, ac modo a Clar. SIEBOLD in Historia morbi optime descripto in Vaginam reposito ita , ut ex completa inversione fiat incompleta , fundus leniter per uterinum orificium repellatur , ne vitium recurrat, palma manus super puerperæ ventrem extensa uterus repulsus contineatur, dorso alterius manus in Uteri cavum immisæ fundo naturalis figura fornixque restituatur, omnes plicæ sulcique adæquentur : his factis manus in Uteri cavo detineatur, frictionibus interim in Abdomine institutis, donec

donec circa eandem Uterum constringi percipiatur. Tunc manus in pugnum mutata sensim sensimque retrahatur, & digitorum tantum apices per aliquod adhuc tempus in Uteri orificio relinquuntur, donec & hoc se constringerit. Silentio hic non præterea mus in utero inverso restituendo Cel. PLENCKII artificium: hic nempe duos digitos juxta Uterum, quem prius molli & oleo immerso linteo tegit, in vaginam immitit, & mox ab hoc mox ab altero latere ipsum repellere nititur, & si a lateribus maxima pro parte repulsus fuit uterus, manum bene unctam medio utero applicat, ut ipsum plenarie restituat extendatque. Sollicite admonet, ne unquam in medietate uteri repellendi initium faciamus, affirmans, quod si hac ratione aggredimur, Uterus nunquam retroitus sit, & per ruditatem tactus pessima excitentur symptomata. At liceat cum pace Clar. hujus Viri afferere, quod optimo cum successu Uterus in nostro casu repositus fuerit, nec ulla prava infecuta symptomata, etiam si non a lateribus sed ipsum corpus uteri medium in naturalem situm redigeretur; vanus proinde metus est, quem ipsius auctoritas artis obstetriciae discipulis incutere potest.

§. X.

Quod si plures horæ post factam inversionem præterlapsæ fuerint, & graviora jam adsunt Inflammationis symptomata, Inflammationi Venæfctionibus, quæ, si necesse est, vel repetitis vicibus instituuntur, & Refrigerantibus remediis obviam eunt;

D

partem egressam medicamentis Emollientibus exterius applicatis fovent, omnemque impuritatem circa ambitum fundi detergent, ut Fundus peragendæ repositioni aptior reddatur, Alvum per Clyisma blande ducunt, Lotiumque evacuant. Id autem hic monendum duco, ne nimis diu his præparationibus inhærentes id, quod rei caput est, nempe Fundi uterini repositionem de die in diem differamus, aut doloribus ægrotæ commoti ab operatione .sulcepta desistamus, quo nihil efficimus, nisi quod ægrotantis feminæ mors promoteatur. Egregie id docere videtur Cel. HENCKELII q) observatio, qui ab Operatione, qua inversum uterum reponere conabatur, destitit non ex alia ratione, quam quod puerpera sub conatibus his de vehementissimis doloribus conquesta fuerit, & ipse repositionem reperierit non tantum perdifficilem, sed & crediderit impossibilem, postquam illam duabus jam vicibus frustra tentaverit. Nostrum casum quoad morbi naturam & causam huic non absimilem esse, quilibet facile judicabit, cui ipsius observationem cum nostra conferre placuerit. In eo tamen ambæ differunt: quod omnis ab Experientissimo Viro incassum adhibita fuerit opera, & post octiduum ægropa occubuerit. Sentiebatur & in nostro casu permultum difficultatis & resistentiæ ex parte fundi uteri inversi, tenacitate, crastitudine & stasi sanguinis aucta; conquerebatur etiam puerpera, et si insigniter debilitata, de diris doloribus, at Clar. SIEBOLD prævidens ex neglecta

q) Nov. Ad. Nat. Cur. l. c.

aut ulterius dilata repositione majorem accedere partis Uteri inversi stagnationem, Inflammationem, & tandem Gangrænam exoriri, ab operatione, ut ut laboriosissima, non desistendum esse judicabat, nullatenus clamores puerperæ curans similibus in pericolosis circumstantiis & extremis quasi, quales utique sunt Viscerum inversiones & præternaturales situs, etiam extrema tentanda & non differenda esse sagax perspiciebat, cum mora ejusmodi mala invalecant.

§. XI.

Peracta repositione, sub qua sibilus uti in Herniarum repositione auditur, quiete animi & corporis fruatur puerpera. Inprimis autem per plures dies in situ reclinato jaceat immota, extensis cruribus & altero alteri incumbenti, & ne Lotium aut Alvum vi adhibita excernat, quotidie Clysmate ipsam cieat; præterea animi affectiones atque omne id quod tuſsim, sternutationem, risum &c. excitare valet, evitet sollicite; pluribus per diem vicibus cibum digestu admodum facilem capiat. Externe denique partes contra inflammationem corruptionemque remediis huic scopo inservientibus defendantur.

§. XII.

Cum autem statui Lochiorum suppressio atque febris aucta supervenerint, necesse est, ut & his malis obviam eamus. Inflammationem quidem, si imminent, & ægrotam affligit, discutere tentamus Venæsectione justo tempore instituta, ubi ne ipsam

D 2

repetere cogamur, tantum Sanguinis effluere finimus, ut justa ejus quantitas in plethoricis maxime subjectis evacuetur. Cum Venæsectione conjungimus medicamenta interna leniter Resolventia, Diuscuentia & Evacuantia, maxime Diapnoica, ut humorum spissitudo solvatur, eorum motus auctior æstusque febrilis contemperentur, reprimanturque, atque Lochiorum fluxus promoveatur. Ut & denique corpus nutriatur illudque conservetur, tenuia carnium iucula præscribi possunt.

§. XIII.

Fluxu nunc Lochiorum restituto, cessantibusque omnibus motibus febrilibus, factaque morbi excepta solutione, Tonicis partes internæ & externæ reficiendæ & roborandæ sunt, in quorum numerum referimus non solum leniter Adstringentia, & Balsamica, quæque tonum solidorum adaugent, sed & alimenta corpus nutrientia. Si vero Ulcerationes cancerosæ & Uteri indurationes contingunt, injectiones Balsamicæ, mundificantes atque consolidantes optimum præstabunt auxilium, & febri accedenti resistimus optime Serolactis, Aqua Selterana cum Lacte asinino remixta &c.

§. XIV.

His itaque breviter conscriptis puto me satisfisse Lectori, qui si quid non satis ad bilancem ponderatum aut eruditio non satis calamo deprehendit exaratum, id Juveni medico ut condonet rogo. Memor illius:

Si qua meis fuerint, ut erunt, vitiosa libellis Excusata suo tempore, lector, habe.

THESES
EX
UNIVERSA MEDICINA.

I.

Anatome totius Doctrinæ Medicæ basis est.

II.

Medicus inde non Anatomicus, non Medicus,
sed Medicaster est.

III.

Nervos esse canales, eosque cylindricos, commode
quidem assumitur, ad oculum vero certe non de-
monstratur.

IV.

Nervo ligato adhuc Motus superest, hinc non
omnis motus a Nervis.

V.

Proprius Vesicæ urinariæ sphincter non existit.

VI.

Etiam Arteriam Hepaticam quid ad Secretionem
Bilis facere Injectio Anatomica docet.

VII.

Soli convenit Medico Animæ definire limites.

VIII.

Solus enim cognoscit stamina sensitiva, & per-
ceptionis aliquem modum.

IX.

Omnia quæ scimus per sensus acquisivimus.

X.

Inde non dantur ideæ innatæ.

XI.

Corpus adeo non impedit animæ actionem, ut non
nisi ejus ope, eam agere liquide concipere possimus.

XII.

Origo differentiæ facultatum hominibus propriarum in educatione, climate quo vivimus, nutritione, fabrica atque organisatione quærenda est.

XIII.

Affectus animi certum characterem faciei impriment, qui Phystionomia dicitur.

XIV.

Tot sunt temperamenta, quot dantur facies hominum.

XV.

Fœmina æque ac vir coëundo ad embryonis generationem confert.

XVI.

Nævos five maculas sic dictas maternas, aliasque Fœtuum difformitates ab imaginatione matris produci, plurima repugnant.

XVII.

Calor corporis nostri non a solo attritu provenit.

XVIII.

Concipit s^ep^e Atmosph^aera in quibusdam locis
majorem calorem, quam est calor hominis ibidem
degentis.

XIX.

Fibra sanguini vitali jam inest, sed motu coire
impeditur.

XX.

Causa proxima Morbi id est, quod morbum stri-
cte & proprie efficit.

XXI.

Illa raro res simplex est, sed ex plurimis aliis
causis plerumque conflatur.

XXII.

Obstr^{ctio}, qua talis, non producit Inflammationem.

XXIII.

Animalcula s^ep^e scabiei accedunt, nonnunquam
ejus causa sunt, nequaquam vero eam semper pro-
ducunt.

XXIV.

Luxus culinaris nisi excedat, minime vituperan-
dus est, utpote optima s^ep^e digestionis bonae causa.

XXV.

Otium maximorum morborum fomes est.

XXVI.

Status coctionis morborum non diebus, sed sym-
ptomatisbus est mesurandus.

XXVII.

Pulsus durus manifestissimum inflammationis signum est.

XXVIII.

Non omnem tamen Inflammationem Pulsus durus comitatur.

XXIX.

Inde Pulsus mollis minime semper prohibet Venæctionem.

XXX.

Inflammationis sedes sœpe in Tela cellulosa est.

XXXI.

Absque Inflammatione Pus potest generari.

XXXII.

Effluxus sic dicti Puris in Gonorrhœa nunquam fere ab ulcere, sed ab irritatione materiæ gonorrhœicæ producitur.

XXXIII.

Luem venereum non ex America ad nos translatam fuisse, sed omni tempore, in omni regione, ubi effrenæ voluptati locus erat, extitisse, probabile omnino videtur.

XXXIV.

Lues eadem sine contagio, atque per Gonorrhœam benignam produci potest.

XXXV.

Mercurium sublimatum corrosivum in aqua solutum,

tum, & cum mica Panis in Pillulas redactum solu-
tioni Ill. SWIETENII præferendum duco, dum sic
non nauseosum, atque magis efficax constituit me-
dicamentum.

XXXVI.

Hydrocephalus internus & Spina bifida plane non
per incisionem aut aliam quamcunque operationem
evacuandi sunt.

XXXVII.

Pulsus frequens non est semper comes febrium.

XXXVIII.

Hinc Febris per frequentiorem cordis contractio-
nem definitio, manca est.

XXXIX.

Materia morbifica nondum e corpore expulsa
Cortex Peruvianus frustra, imo sæpiissime non sine
gravi ægrotantium noxa in Febribus intermittentibus
adhibetur.

XL.

Purgationibus minime, uti SYDENHAM voluit,
febres intermittentes augeri, sed eisdem potius ra-
dicitus evelli, plura in Xenodochio hujus urbis ci-
vico vidi exempla.

XLI.

Indusiorum & stragulorum sæpius repetita & cau-
ta permutatio in febribus putridis multum levami-
nis semper adfert ægroto.

XLII.

Nimis sollicita præservatio sæpe creat morbos.

XLIII.

Sympathetica Curatio vana, atque ignorantiae
velum est.

XLIV.

Nec laudandæ certe religiosæ istæ per amulethas
consecratas, cruces &c. curationes, dum adeo sæpe
jam in opprobrium optimæ Religionis cessere.

XLV.

Pestifera est in Febribus continuis methodus me-
dendi calefaciens.

XLVI.

Cicuta nocet vana spe eo tempore, quo extirpa-
tio Cancri locum habet.

XLVII.

Aconitum in Arthritide mire juvat.

XLVIII.

Vis electrica in immobilitate Arthritica, Dolore
artuum recenti, Mensibus suppressis, Torpore vis
vitalis, Languore Nervorum, leviori Obstructione
eximiam præbet opem.

XLIX.

Etiam post quartum, post septimum diem vena
fecunda in acutis Febribus.

L.

Venæsectio aliquando summum cardiacum.

LI.

Hæmorrhoides, de quarum adventu nunquam gratulandum, saepe sistema venæ portarum obstru-ctum præagiunt.

LII.

Hæmorrhoum fluxum optare in doloribus Hypo-chondriorum, est causam morbi ignorare.

LIII.

Sanguinem ex hæmorrhoidibus præsertim recentibus elicere, quamvis saepe nocivum sit, morbis tamen nonnullis optimum & citissimum adfert levamen.

LIV.

Hirudinum applicatio saepius non levat dolores Hæmorrhoidales.

LV.

Spiritus Nitri dulcis pessime refrigerandi scopo præscribitur.

LVI.

Auri fulminantis catharticam vim Sal concentra-tum, quo scatet, explicat.

LVII.

Inde nec specifice, nec pondere agit.

LVIII.

Alcali fossile præ vegetabili nullis propriis in Cor-pus humanum viribus gaudet.

LIX.

Hinc nulla est ratio, cur Sal polychrestus Segnete Tartaro solubili debeat præferri.

LX.

Principia Chirurgiæ ejusque morbi suminam præbent lucem Medico in sanandis morbis internis.

LXI.

Inde Medici scientia iis non imbuti manca est.

LXII.

Nec perfectus erit Chyrurgus ille, qui simul universæ Medicinæ cognitionem non habet.

LXIII.

Incisiones utut exiguae in Herniis cerebri & spina bifida mortem acelerant.

LXIV.

Optimum specificum contra Scirrum confirmatum & Cancrum occultum cultellus est.

LXV.

Herniotomia, quæ cum excisione unius, aut amborum testiculorum in variis adhucdum Regionibus ab Agyrtis exercetur: a superioribus bonum Reipublicæ, populationem scilicet prima in cura tenentibus minime toleranda est.

LXVI.

Ars Obstetricia cognitionem Physices, Malhef eos & præcipue Mechanics præsupponit, nec non cognitionem universæ Medicinæ, & quidem non superficialem postulat.

LXVII.

Id, cum foeminas obstetricantes saepissime lateat,
male eadem ad artem viribus earum longe superio-
rem adhibentur, & non nisi ad partus facillimos
erunt provocandæ.

LXVIII.

Placenta nunquam statim post partum extrahen-
da est.

LXIX.

Si uterus ob debiles Puerperæ vires, aliamque
ob causam statim post partum se non contrahit Pla-
centam in eo relinquere & dicti visceris contractio-
nem, quæ Placentam dissolvet, exspectare debet
prudens obstetricator.



So, wie ein Wanderer staunet;
 Wenn ihm aus Osten des Tages wärmende Auge lacht;
 Da ihm von südlichem Pole gräfliche Wolken droh'n
 Auf den lautrauschenden Flügeln der Winde hinaufgewälzt;
 Eben so staunet der Barde.

Soll er den Tag, der mir meine Freude vom Herzen reis't
 In dem Cothurne beweinen? Soll er den Ehrentag
 meines Geliebten in rosenem Schleyer Thaliens feyr'n?
 Seelenerstickender Contrast!

Lasse mich; bebe nicht länger zärtliche Thräne am
 Rande des Auges zuschwer der schaudernden Seele; Freund!
 Sieh sie der Wange entrollen, das Opfer der ächten Liebe;
 Höre den heiteren Barden, im pochet im Busen ein Lied.

* * *

Der sich durch Perus blendende Erde sucht,
 Durch Schmeicheleyen schändlicher Zauberkraft
 Von schatzbegierigen Gelehrten,
 Oder kurz-sichtigen Fürsten Ebre

Zu bettlen; Der ist keiner Gesänge werth,
 Denn bald entschleyert ihn die herzprüfende,
 Goldreine Wahrheit. und Verachtung
 Fällt auf ihn, fällt auf den Barden nieder.

Dich aber sing' ich ohne Verwegenheit
 Geprüft von Männren hoher Erkenntnisvoll
 Geliebt von einem Fürsten, welcher
 Seelegeadelt die Weisheit schätzet,

Die Tugend ehret, die dir vor andere
So wie der belle tagende Frühlingsstrahl
Dem süßen Veilchen vor Masslieben
Stille Bewunderung zu erkennet.

In deinen Busen pflanzten die Gratieu
Honigfüsse zarte Empfindungen ein,
Und diese weckten Menschenliebe,
Wie der Lenz Pandions holde Töchter.

Und Menschenhilfe diese geelegnete
Gefährten eines fühlbaren Herzens ward
Dein Wonnegott; nach deinen Kräften
Hilfst Du gerufen, und nicht gerufen.

Geb, Freund! wobin Dein sehnendes Vaterland
Dich hinwinkt; Geb den doppelt bereichenden
Gefilden zu; wo Deiner Scheitel
Blühende Lorbeer Geflechte reisen.

Wo Dein Verdienst ein Kunstbeförderer
Aus eignem Füllhorn reichlich belohnen wird
Wo Harmonienreiche Seelen
Segnenden Segen vom Himmel flehen.

Zum Andenken
Deines besten Freundes WINTERS
OPPONENS.

*W*e singet heut mit mir ihr werthesten Kamönen
Den Freund, der heut mit Purpur glänzt;
Ihr Musenjöhne singt, lasst euer Lied ertönen
Mit Lorbeerzweigen frisch bekränzt.

Stimmt Jubellieder an anmuthige Najaden,
Streut unsern Freunde Blumen bin
Und reibet euch zu Freudentänze ihr Dryaden
Denn Heute krönt Apollo Ibn.

Und Hygiene stellt ein Fest in ihrem Tempel,
Den ewig Ill, und Breusch verebret
Dem neuen Priester an: zeigt in Ihm ein Exempel
Der Kunst, die Aesculap gelehrt.

Und ruft: Er helfe manchem selbst mit stetem Muthe,
Wenn gleich die Atropos schon dräut;
Gleichwie Helenens Bruderpaar von Aëols Wuthe
Im Meer den Steuermann befreut.

Freund! eile jetzund hin vergnügt zu jenen Staaten
Wo die Gerechtigkeit stets thront;
Da geb Dir JOSEPH einß, was Deine Freunde baten
Er, der stets gern Verdienste lobt.

LEWIN MENDEL. M. C.

OPPONENS.



Straßburg, Med. Diss., 1. Ambodick-
Beucke

X 241 8820

B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimetres
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19

DISSE³TATIO INAUGURALIS
SISTENS
FELICEM UTERI
POST PARTUM INVERSI
REPOSITIONEM,
QUAM
SENTIENTE GRATIOSA FACULTATE
MEDICA ARGENTORATENSI
PRO LICENTIA
IMOS IN ARTE MEDICA HONORES
ATQUE
PRIVILEGIA DOCTORALIA
RITE OBTINENDI
SOLEMNI ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT
ANC³SCUS JOSEPHUS
ARMBRUSTER
WOLFACENSIS
EX VALLE KINZINGANA
DIE XXVI. MARTII A. MDCCCLXXVI.
H. L. Q. C.

ARGENTORATI
Ex Officina Universitatis Heitziana.

